



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiae Moralis praecipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

Quae facere debeant executores litterarum Apostolicarum in forma brevis
de capienda possessione. §. 5

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

28 Decimo septimo erit gratia nulla, si stante Ecclesie statu impetrationem impediens illius non facias mentionem, quia non est credendum Pontifici iuribus Ecclesie velle derogare, nisi id clarè exprimat Menoch. dicto casu 201. n. 136.

29 Ex tertio capite, nempe ex iure quod alteri in beneficio impetrato competit, inferit. Menoch. dicto casu 201. n. 138. rescriptum vitari, si alteri collatum sit beneficium, et ideo acceptatum non sit, tu verò in impetratione huius iuris, quod est ad beneficium, non meminit: quia non est credendum pontificem velle collegi ius alteri quæsitum. Et idem est de electione, postulatione, aut presentatione. Menoch. num. 149. Quocirca nisi dicat, non obstante collatione, electione, presentatione alteri facta, huic iuri nullo modo et dendum est derogari. Menoch. 143. imo, vt tradit Azor, 2. part. in fin. moral. lib. 7. cap. 31. q. 2. clausula illa non obstante iure alteri quæsitum debet intelligi de iure inuálido nisi aliud verbis expressit, manifeste.

30 Secundo inferit Menoch. num. 139. te debere narrare, si alter sitin beneficii possessione cap. cum nostris. de concessione prebenda: quia satis habet ius quæsitum, dum de illegimitate possessionis non constat. Verum si concedatur rescriptum cum clausula vocatis vocandis, vt regulariter concedi solet; tunc et si non meminit colorati possessoris, non est vitium rescriptum: quia tacite in rescripto supponitur ius possessoris examinandum, cum non possit executioni mandari rescriptum nisi prius citetur possessor, & ius illius decidatur. Quod à fortiori procedit, si rescriptum expeditur cum clausula, amota quolibet illicito detentore, quia ex vitio colorata possessio, si quæ sit, exprimitur. Menoch. dicto casu 201. num. 140. & 141. Subdit tamen Menoch. num. 144. colorate possessionis tacite iurisdictionem non obstat valioi rescripto; si præsumatur Pontifici factus fore concessurus, si possessionem illam coloratam scierit, vt contingit, si contra eius reservationem esset possessio accepta. Quia nequaquam tali possessioni fauere intendit, tamen si possidens aliquo colorato titulo possidere præsumatur. Et idem videtur esse, cum expeditur rescriptum sub clausula morus proprii quia credendum non est hanc liberam concessionem de negandam fuisse ob illegitimum alicuius possessionem eto coloratam.

31 Tertio inferit Menoch. n. 147. te debere narrare alterius solam beneficii detentionem, vt si beneficii reseruari per annum quam occupauit, eto postea dimiserit. Quia annalis detentio ius aliquod concedere videtur. Ceterum ne cio q. no fundamento hæc conditio firmari possit. Nam annualis possessio coloratum coloratum conferendum est, & eius vitium ignoratur, sed cessante hæc possessio non est locus huic colorato titulo, & ex eius dimissione satis colligitur illegitimum fuisse, non igitur opus erit eius mentionem facere.

32 Quarto inferit Menoch. num. 148. te debere licentiam, & processum pendens, & receptionem ad beneficium declarare, si que sint: Excepit tamen, nisi ius sit de possessione: quia tunc (inquit) non impeditur beneficii impetratio. Quod non credo: nam absolutè est beneficium litigiosum; neque credendum est, velle Pontificem derogare ius alicuius, quod ad possessionem præterit, illo non cognito.

33 Pro complemento huius doctrinæ aduertit optimè Menoch. d. lib. 2. de arbitrar. casu 201. n. 150. supra dicta procedere, cum beneficium à Pontifice impetrat; secus si ab ordinario. Nam cum ordinarius tam qualitates beneficiorum tum impetrantium conditiones noras habere debeat, ne in visitandis Ecclesiis negligens reputetur, non videtur necessarium eorum illo qualitates beneficii impetrati, cuiusque valioem narrare, neque habitum beneficium exprimere, neque alterius coloratam possessionem: consentit Thom. Sanchez, lib. 8. de matr. disp. 11. n. 4. Secundo aduertit Menoch. que dicta sunt de impetratione beneficiorum, locum habere in beneficiorum pluralitate, itemque in illorum vnione, quia hæc in impetratione difficiliora sunt.

S. V.

Quæ facere debeant executores litterarum apostolicarum in forma breuis de capiendâ possessione.

- 1 Quando hæc breuia concedantur.
- 2 Ex vi horum breuium non derogatur Trident. decretum Sess. 24. cap. 20. de reformat.
- 3 Executor eorum committitur auditori camera apostolica, vel alio personis in dignitate constitutionis reseruari, seu affectis.
- 4 Nunquam concedantur, nisi pro beneficiis.
- 5 Subreptitium est beneficium si de beneficio litigioso, illiusque non sit facta mentio.
- 6 Hæc breuia sunt ad vilitatem prouisi.
- 7 An possessio nomine camera, capta, possit in alium transferri? Affirmatiuè respondetur, neque ad hanc translationem requiritur illius à prouiso apprehensio. Ferd. de Castro sum. Mor. Pars II.

8 Debet executor iure executioni probare, quia in breui narratur.

9 Item an debeat probare reservationem, cum tamen expressè non dicatur esse beneficium reseruum: Probabilior est pars affirmans.

10 Probatio narratiua debet esse perfecta.

11 Est perfecta probatio, si duplice teste probes obisse beneficium in mente reseruari, & beneficium possessisse.

12 An executor quousque detentores, & intrusos citare, & audire teneatur? Prouisor pro & contra, Resoluitur non esse audiendos nisi narratiuam infirmet.

13 Omnes fructus, redditus, & proventus dicti beneficii à die vacationis prouiso adiudicantur.

14 Appellatione postposita procedere potest hic executor, & qualiter hoc intelligatur.

15 Quid de illa commissione sub conditione, vt breui prius paritum sit.

16 Prouisor, ad cuius commodum nomine camera possessio capiatur, obligatus est infra sex menses litteras sub plumbe expedire.

17 Quid si infra sex menses non expeditis.

18 Beneficium vacans ob non expeditionem litterarum ad Pontificem peruenit.

Hæc breuia de capiendâ possessione concedi solent: primo, cum beneficia Pontifici reserua, vel affecta sunt, & prius nondum litteras expeditur. Tunc inquam, ne eius possessio retardetur, expeditur breue, vt nomine camera possessio accipiatur. Secundo expeditur breue, cum litteræ expeditæ sunt & prouisor à capiendâ possessione impeditur, vt huiusmodi impedimentum tollatur. Tercium huius breuis referret Garcia 6. p. de benef. c. 3. n. 3. circa cuius intelligentiam aliqua notanda sunt.

1. Primo notandum est, per illud non derogari decreto Trident. sess. 24. cap. 20. de reformat. vbi cauetur causas omnes, etiam beneficiales, in prima instantia coram ordinariis locorum duntaxat cognosci debere, exceptis his q. iuxta canonicas sanctiones apud sedem apostolicam sunt tractandæ, vel quas ex urgenti, rationabilique causa iudicauerit summus Pontifex per speciale rescriptum, signaturæ sanctæ tatis suæ manu propria subscribendum, committere; aut auocare. Non inquam, huic decreto per huiusmodi breue derogatur. Tam quia huiusmodi breue executionum est, & summariam tantum cognitionem requirit, neque introducit causam, sed causam exequitur. Tum quia non minoris efficacitatis est, quam rescripta signaturæ manu Pontificis subscripta. Tum quia ita congregatio concilii declarauit; vt refert August. Barbosa in supradicto decreto his verbis: Prouisor per sedem apostolicam de beneficiis reseruari possunt virtute breuium in fauorem litterarum, seu nomine camera apostolica ad accipiendam possessionem cum auctore eiusdem camera directari citare, & ad iudicium eorum eodè auditoria camera possessores litigiosorum occupantes, & detinentes, ac si coram ordinario super possessorio tantum causa ventileretur, & si sententia super eodem possessorio prolata fuerit, potest aduersa causam in curia committere.

2. Secundò notandum est, huius breui executionem committi tam generali auditori camera Apostolicæ, tum aliis personis in dignitate constitutis, iuxta textum in cap. statutum. de rescript. in 6.

3. Tertio nota, regulariter nunquam hæc breuia concedi, nisi super beneficia reserua, seu affecta, & ad Romanum Pontificem pertinentia. Quia hic modus prouisionis arguit hæc beneficia propriè esse Pontificis, neque illorum prouisionem a iis competere. Alias non intendet, vt nomine suo possessio acciperetur. sic Garcia 6. p. de benef. cap. 3. n. 11. consentit Gonzal. reg. 8. Cancell. gloss. 9. annotat. contra nulli, & asten. n. 262.

4. Ex quo fit, esse subreptitium breue, si sit de beneficio litigioso, & litis non fuerit mentio facta, sic Garcia 6. p. cap. 3. n. 14. Gonzal. annotat. contra nulli, & asten. n. 272. Et ratio esse potest, quia Pontifex non præsumitur velle iura litigantium derogare.

5. Quarto nota, breue de capiendâ possessione, etiam nomine camera, esse ad vilitatem prouisi, & vt melius eius prouisor executioni demandetur: si quidem ipsa camera apostolica possessionem accipit, vt illam cedat in prouisum, & prouisor virtute illius cessionis gaudeat privilegiis possessionis beneficii, ac si à Principio ipse per se possessionem accepisset. Gonz. gl. 34. n. 113. Garcia 6. p. cap. 3. n. 17. vnde si prouisor incapax est beneficii, vel ob vitium personale, vel quia gratiam subreptitè obtinuit, supradictum breue de capiendâ possessione, quod acceptum est, nullum est censendum. Gonz. gloss. 9. annotat. contra nulli, n. 278. Garcia 6. p. n. 18. & leg.

6. Aliquibus non licet difficultatem ingerit, quod possit possessio nomine camera apostolicæ capta in alium transferri: quia possessio potius actum quam ius respicit: at tamen dubitari non potest cum à Gregor. XIII. in sua constitut. 24. incipiente ad Romani. sub to. Julij 1575. sic statutum sit. An autem sufficiat quod solum camera apostolica possessionem assignet, & cedat



cedat in prouisum, sub cuius nomine capta est, vel ulterius requiritur illius a prouiso apprehensio; Mihi probabilis videtur solam cessionem sufficere. Quia accipiens possessionem nomine camerae, ad utilitatem prouisi accipit, & cum potestate transferendi in illum. Ergo facta translatione iam possessor nuncupandus est. Vt quid ergo necessaria est noua possessionis apprehensio; Et ita videtur sentire Gonzalez supra. Verum si prouisus, ad cuius commodum possessio nomine camerae capta est, moriatur antequam ipsi possessio a camera fuerit consignata, non poterit in alterum transferri: quia nomine ipsius capta non est. Sed ad hoc necessarium est, ut prius in locum defuncti subrogetur, & illius ius concedatur. Garc. dicta 6. cap. 3. num. 24.

§ Quinto aduerte, ad executionem huius breuis cameralis requiritur necessarium ut prius executor probet, quae in breui narratur. Garc. supra n. 25.

9 At quia ex sola illius probatione non videtur inferri necessarium beneficium reueruatum esse: si quidem in dicto breui solum dicitur *constituo quod N. de tali mense in possessione huiusmodi beneficii obierit*. At potest obire in mense, qui putatur reueruatus, cum tamen non sit ob priuilegium alternatiuam. Itemque a reueruatione excludi potest, quia est beneficium periculis ad praesentationem laicam, ideo est difficultas an si pars aduersa opponat non irritae reueruationem, teneatur executor verificare illam antequam prouisio executioni mandetur? Negat Garcia supra a numer. 25. & segg. Monetur, quia quando ex relatione non constat reueruatio, non videtur impetranti incumbere onus probandi reueruationem. Alias frustra adderet Pontifex in aliquibus breuibz qualiter reueruatio, absque huiusmodi addito Plene, & concludenter probanda est ab impetrante.

Ceterum verius est oppositum, quod probat Hieronym. Gonzalez regul. 8. Cancellar. gloss. 9. annotat. contra nullis. Et attentata, praecipue a. num. 263. Quia haec breuia, ut dictum est, nunquam conceduntur nisi in beneficiis reueruatis, quare cessante reueruatione cessat concessio: sed quilibet impetrans tenetur fundamentum suae gratiae verificare. Ergo tenetur reueruationem probare.

Dices, verum esse cessante reueruatione, cessare gratiam, esseque illius fundamentum, non tamen inde inferri obligatum esse impetrantem illam probare: quia non omne fundamentum esse impetrantem illam probare, sed illius tantum cuius sit expressa narratio, alias obligaretur probare esse clericum ex legitimis natalibus ortum, nulloque vicio inuolutum. Quod non est dicendum, haec enim relinquuntur iudicio petitorio. Cum autem in narratio non fuerit facta expressa mentio reueruationis illa ab impetrante non videtur necessario probanda. Sed contra est: quia licet verbis expressis non fuerit facta mentio reueruationis, at tacitis, & virtute in expressis contentis facta est. Cum enim in narratio signetur vacationis modus, ut inde constet Pontifici prouisionem competere, sibi que esse reueruatum negari non potest; reueruationem esse de mente breuis, ac proinde ab impetrante probandam. Alias autem qualitates impetrantis probari non debent in his breuibz, quae expediuntur in forma gratiosa, quia supponuntur, quia virtute in narratio continentur. Fateor tamen cum Gonz. supra n. 268. si probaretur beneficium vacasse in mense reueruato, aut sede episcopali vacante, sicut in breui cauetur, nullaque esset contradictio qui coram executor reueruationem excluderet ob patronatum vel alias rationes, deberet executor ex sola illa verificatione possessionem accipere nomine camerae, vel prouisum in possessionem immittere. Quia censetur sufficienter probasse reueruationem.

10 Sexto aduerte, probationem narratiuae debere esse perfectam: sic Garc. dicta 6. cap. 3. a. n. 94. Tum quia est gratiae fundamentum, & conditio, sub qua reueruatum conceditur. Tum quia agitur de impedienda ordinatorum prouisione, & de exclusione cuiuslibet alterius prouisi, consentit, & pluribus firmat Gonzal. gloss. 11. num. 68. Excipiunt tamen supradicti doctores, Garcia n. 69. Gonzal. n. 104. casum quo non esset intrusus aliquis excludendus, vel contradictor: quia tunc videtur sufficere semiplena narratio reueruationis probatio, eo quod prouisio Pontificis valde esse potest, non solum ex capite reueruationis, sed etiam ratione praesentationis. Sed haec exceptio nullatenus admittenda est. Nam esto Pontifex ratione praesentationis prouideret beneficium possit, non tamen in praesenti valet ut illa potestate, sed solum ex capite reueruationis intendit beneficium prouideri. Ergo si reueruatio plene probata non est gratia iustificata, non erit neque intentioni Pontificis satisfactum. Illud tamen est certum obligatum esse impetrantem ad excludendum spoliatum; & reuocationem sententiae ex causam probare plene; & concludenter beneficii possessi reueruationem. Garc. dicta 6. cap. 3. a. n. 53. 60. & 61.

11 Septimo aduerte, clausulam illam, *constituo quod N. defunctus in possessione beneficii de praedicto mense reueruato obierit*, probari sufficienter si probet duplici teste N. possidisse beneficium, & in tali mense reueruato obiisse; tamen non pro-

bes tempore obiisse possidisse, quia dum conuictum non probatur, semper praesumitur possidere, qui semel in possessione fuit. Panormit. in cap. cum ad sedem de rescriptis. spoliat. n. 26. Mat. cat. de probat. concl. 70. numero 17. Garc. 6. p. de beneficiis 3. a. num. 70.

Octavo aduerte, qua ratione intelligenda sit illa clausula, *amotis inde*. Et expulsi quibuscunque detentoribus, & intrusis, non tamen a nobis prouisus, an ex vi huius clausulae teneatur executor quoscunque detentores, & intrusos citare, vel possit illis non citatis, & aditis a possessione amouere? Garcia 6. p. de beneficiis cap. 3. a. num. 45. affirmat obligatum esse executorem citare detentorem, & intrusum, si forte aliquis existit. Monetur, quia expelli non debet detentor, & intrusus, nisi ordine seruato, sed rectus ordo petit, ut audiat. Ergo petit, ut citetur prius. Item si in supradicto breui diceretur, *amotis quibuslibet illicitis detentoribus*, necessario citandi foret, ut cognosceretur an illiciti beneficium obtinent. Ergo similiter citandi sunt, cum dicitur *amotis quibuslibet detentoribus*. Non enim amouere Pontifex intendit, nisi illicitos, quod satis indicat verbum illud *intrusos*, quod solum illicitae detentioni accommodari potest.

Contrarium videtur defendere Gonzalez gloss. 9. annotat. contra nullis. Et a. n. 237. ea inquam ratione, quia alias executor nunquam merus executor esset, sed semper esset mixtus, cum patet iudicis assumere obligaretur, litteraeque apostolicae nunquam haberent paratam executionem.

Dicendum ergo existimo, obligatum esse executorem verificare narratiuam, scilicet vacationem de tali mense, quo reueruatum inducat; illa igitur verificata absque via citationis amouere poterit quemlibet beneficii detentorem, quia supponitur illiciti detentore, & in beneficio esse intrusum. Quod si ipse se executioni opponat, praecedens legitime beneficium detentore, impedire non poterit executionem, nisi probationem narratiuae infirmet. Ex alio namque capite in hoc iudicio executio audiendus non est, sed remittendus est iudicio petitorio, & ex his soluuntur fundamenta contraria. Subdit vero Pontifex, *non tamen a nobis prouisus*. Nam si detentore a Pontifice prouisi fuerint, siue bene, siue male, cessat executio breuis; quia cessat conditio sub qua exequendum est. Neque executor potest illorum prouisionem examinare, sed iudicio petitorio remittenda est. Garcia 6. p. de beneficiis cap. 3. a. n. 79.

13 Non aduerte, quod omnes fructus, redditus & proventus dicti beneficii a die vacationis decurrunt prouiso aduocatum, & per centenas Ecclesiasticas compellunt reddere qui eos habuerint, vel consumperint. si mala fide consumpti sunt, quae tempore praesumitur a die inimicij monitorij. In beneficiis Ecclesiae Cathedralis solet capitulum fructus percipere illo tempore, quo illis pendit pro executione breuis, quia capitulum competens per ius accedendi, eo quod nullus residet, iuxta textum in cap. 1. de clerico non resid. in 6. Neque aduersus haec doctrinam obstat constitutio 67. Pij V. incipiens *cordis tibi* et. 103. Kaled. Aprilis anno 1568. qua cauetur fructus sequenti anno esse, quoties inter prouisum a Sede Apostolica, & ordinationem investigat super aliqua dignitate, praebenda, aut portione, siue alio beneficio Ecclesiastico in aliqua Ecclesia Cathedrali, vel collegiata, ne capitulum occasione percipiendi fructus huius foueat, & prouisum apostolicum impedit. Non inquam obstat; quia haec constitutio, dicit Garcia 6. p. r. d. de fruct. c. 1. num. 116. loquitur de fructibus, & proventus, quos capitulum percipit vigore alicuius specialis conuentionis, vel constitutionis Ecclesiae, non de fructibus, quia vigore iuris communis capitulo competunt. Item loquitur in casu, quo capitulum in culpa fuerit, quomodo prouisus Apostolicus executionem suae prouisionis obtineat, consentit Gonz. ad reg. 8. Cancell. § 7. primum num. 22.

Dixi executorem compellere posse censuras, priuationes beneficiorum, inhabilitate ad illa, alii que penis detentorem beneficii, ut dimittat, fructusque perceptos restituat. Quod si facta hac compulsionem rebellis extiterit, esto postea a contumacia destitit, & breui pareat: non teneatur executor omnem penam remittere, sed aliquam exequi potest ob contumaciam. Excipitur tamen censura, a quibus necessario absoluentis est, si obedientiam praestat. Regulariter tamen tam a censuris, quam aliis penis absoluitur, si a contumacia destitit: sic aliis relatis Garcia 6. p. de beneficiis c. 3. n. 151.

14 Decimo aduerte, huiusmodi executori potestatem concedi procedendi appellacione postposita. Quia facultate executioni mandare poterit breui commissum, non obstante appellacione, quae effectum non habet suspensiuum, sed ad summum deuolutionem, iuxta textum in cap. pastorali § *prateria de officio delegati*, cap. tua nobis in fine de decimis. Quod intelligendum est, de executori procedente iuxta formam sibi commissam, & in breui praescriptam. Nam illa non seruata clarum est non posse bene executioni mandari, & appellacionem suspensiuum effectum habere, ut laicus Gonz. reg. 8. Cancell. *mensur. contra nullis*. Et a. n. 220.

Idem dicendum est de illa clausula, *subiata quilibet facultate*

aliter iudicandi & interpretandi, & c. que certe intelligitur probari narrata & executione formam ibi prescriptam seruante, iuxta reum in eisdem de re iudicata: & tradit Garc. 6. part. de benefic. cap. 3. n. 8. 1. & seq.

14. Polita vero appellatione per infratum datur a signatura Pontificis commissio, ut de executione breuis cognoscatur, sed cum illa condicione, ut prius breuis paratum sit. Quia conditio quousque pergetur, suspendit commissionem. Ad illam tamen purgandam necesse est, ut infratus possessionem demittat, hoc est patiatur, ut executor nomine camere apostolicæ illam accipiat, aut prouiso concedat, fructusque restituat, & expensas soluat, si in illis condemnatus fuerit. Quod si fructus & expensas soluendi liquidatæ non fuerint, debet obligationem facere soluendi, quos constanter debere liquidatione facta. Alias a censuris absoluti non debet, ut parte non satisfacta. Interim tamen negotiorum principale sequi non potest, quia realiter, & cum effectu non est paratum breui. Vide Gonzalez gl. 9. annotat. contra nullit. & attention. n. 124. 127. & seq. Garc. 6. p. 1. n. 129.

15. Vnde nota illam clausulam, dummodo ultra tres menses aliquis auctoritate presentium ad iudicium non trahatur; non intelligi respectu auditoris camere: quia comparatione huius non seruatur diuina, ut ex stylo nouissimo curæ constat; sed intelligi comparatione aliorum iudicum executorum, qui simul cum auditore camere constituntur ad illius breuis expeditionem. Garc. 6. part. de benefic. cap. 3. n. 12.

16. Tandem aduertit, prouisum apostolicum, ad cuius commodum & utilitatem nomine camere possessio capitur, obligat esse die a data infra sex menses literas sub plumbo expedire, ac iura camere apostolicæ ac aliis propterea debita persolvere, alioquin elapsis dictis sex mensibus beneficium vacat ipso iure: sic habetur in suprascripto breui, clausula finali. Et licet sex menses a die date, & non a die adepta possessionis numerentur, ut in ipso breui clarijs verbis exprimitur; at requiruntur, ut possessio pacifica nomine camere capta fuerit, ut huiusmodi menses a die date numerentur, vt bene aduertit Garc. dicta 6. p. de benefic. 2. n. 264. Quia breue conceditur, ut virtute illius possessio adquiratur, & fructus beneficii prouiso adiudicentur. Ergo si possessio haberi non potuit, non debet gratia ad possessionem ordinata annullari.

17. Difficultas vero est, an transactis sex mensibus in quibus debebant literas expedire, neque expediti, possit postea expedire, antequam sit ius alteri questum? Ratio difficultatis est, quia expeditio litterarum supponit gratiam validam esse: at gratia ob tuam negligentiam irrita est, & nulla. Ergo litterarum expeditio esse non potest. Nihilominus verius existimo, te literas expedire posse, sic Garc. 6. p. c. 3. n. 168. & in simili tradit A. Nassi. Ger. de indultis Car. n. 5. volum. 2. n. 36. Momentum, quia poena vacationis ipso iure imponitur, ne curia iuris sibi debitis defraudetur. Non autem defraudatur, si litteræ tandem expendantur in forma, sane ratio. Aliis opus non erat terminum sex mensium designare, intra quem litteræ expeditentur: concedo namque expeditionem litterarum præcipi, ne curia iuris debitis defraudetur, terminum autem sex mensium designari, ne horum iurium solutio differatur. Quapropter ea ratio mihi probatur. Quia hæc poena cito sit ipso iure, at indiget sententia declaratoria negligentie habitæ; quia iure acquisito nemo priuari censendus est, nisi hæc sententia accedat; ut latè probauimus tract. de legit. disp. 3. pun. 2. tract. n. 8. Cum autem supponamus nec te declaratum esse, vt morosum expeditorem, nec alteri beneficium applicatum, effectum firmam gratiam habere, & litteras expedire posse.

18. Deinde est alia difficultas, an beneficium vacans ob non expeditionem litterarum in mense ordinario pertineat ad ordinatum eius prouisio, vel ad Pontificem? Et videtur ad ordinatum pertinere, quia ponimus obligationem habere expediendi huiusmodi litteras extra curiam, & e proinde extra curiam commissam negligentiam fuisse, & consequenter beneficium extra curiam vacasse, & cum in mense ordinario contingat, ad ipsum prouisio pertinebit.

Nihilominus verius est de prouisione solius Pontificis esse, sic Mandos. q. 60. de monitorio sub. num. 51. Garc. 6. p. c. 3. num. 171. Momentum, quia Pontifex intendit officialium indemnitati providere, apponendo penam vacationis ipso facto, si litteræ infra sex menses non expendantur, quod nullatenus obtineretur, si ad ordinatum deueniret prouisio. Adde tale beneficium videri esse affectum Pontifici, dum litteræ non expendantur ex illius manus applicatione. Quia non censetur facta integra, & perfecta illius beneficii prouisio, quousque litteræ expendantur. Non enim expeditio litterarum est nona prouisio sed prouisionis factæ authentica continuatio, testimonio, & publicatio. Quod factus est indulto Cardinalium, quo cauetur, vt prouisus ab eis de beneficiis referuatis teneatur intra certum tempus nouam prouisionem à Pontifice obtinere, alioquin beneficium vacet: quia illa Cardinalis beneficii prouisio fuit in suo ordine perfecta & completa, & sic beneficium vacat de nouo ob non obtentam nouam prouisionem. At eam Pontifex beneficium prouidet, & præcipit intra sex menses litteras prouisionis expedire, Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars. II.

alioquin beneficium vacet, non videtur beneficium denuo vacare, sed vacationem primam continuare, eo quod prouisio Pontificis non fuerit completa, & perfecta. Idem enim sonat illud verbum, alioquin beneficium vacet, ac si diceretur, alioquin beneficii facta prouisio nulla sit.

§. VI.

Qua ratione subrogationis rescripto beneficia acquiruntur.

1. Subrogatio quid sit, & à quo concedatur.
2. An facta colliganti infra mensem, vel post mensem vacationis omnibus alijs subrogatis præferatur.
3. Triplex conditio necessaria est, ut subrogatio locum habeat.
4. Qualiter impetratio beneficii viuentis possessore impedit subrogationem.
5. Ad quæ subrogatio extendatur: Concessio spectanda est.
6. Ex vi subrogationis succedit in ius, & possessionem illius, in cuius locum subrogari.
7. Quæ in subrogatione verificare debet, ut tibi possessio defuncti concedatur.
8. Quid si esset contradictor, nec defunctus esset in possessione.

1. Subrogatio est in alterius locum successio, iuxta leg. prop. nebat. de iudicijs. Hinc subrogationis rescriptum dicitur, quo Pontifex alicui concedit ius litigiotum, quod alius in beneficium habebat, illud tamen amitte ob mortem, vel cessionem voluntariam, vel priuationem. Dixi litigiosum, quia rescriptum subrogationis supponit licet & lite supposita concedit ius de mortui, priuari, vel cedentis. Supponit inquam licet legitime intentatam. Nam si constaret de malitia litis, beneficium litigiosum dici non posset, neque in illo intraret subrogatio. Hæc enim ratio inquit Azor. 2. p. instit. moral. lib. 7. c. 3. l. 9. licet intentatam vi rescripti subreptitij nullam esse. Quia rescriptum subreptitum nullius est momenti, & consequenter citatio processus, & acta inde procedentia.

Hoc ius solus Pontifex concedit, quia solus ille subrogare in licet potest, c. 1. & 2. ut licet pendente, in 6. & solus ille potest ius ad beneficia vacatura concedere, c. ex tenore, de concess. præbendæ. c. 1. de concess. præbendæ, in 6. & tradit ex Mandosio Azor. 2. p. instit. moral. lib. 7. c. 3. l. 9. c. 4. & c. 3. l. 9. 6. licet intentatam vi rescripti subreptitij nullam esse. Quia rescriptum subreptitum nullius est momenti, & consequenter citatio processus, & acta inde procedentia.

2. Deinde subrogatus in licet, & iura defuncti potest esse colligans, vel alius tertius. Si colliganti concedatur subrogatio infra mensem, omnibus alijs concessioibus præferenda est, quia omnes alij annullantur, vt constat ex reg. 29. Cancell. de subrogandis colligantibus, aliorum quorundam de præmissis iure sine tunc vacet, vel cum vacauerit impetraciones, vel concessiones etiam motu proprio infra mensem ante concessionem huiusmodi facta nullius sunt valoris, vel momenti. Verum si colliganti infra mensem non sit concessa subrogatio, fuerit tamen alteri tertio, dubitant doctores, an effectum sortitur hæc subrogatio alteri tertio facta? Affirmat Glossator ibi, & Gomezius; eo quod solum annullare videtur regula impetraciones aliorum à colligante infra mensem factas ante concessionem factam infra mensem colliganti: Ergo si nulla est colliganti concessio infra mensem, cessat annullatio: causa enim annulationis illarum impetraciones videtur esse fauor impetracionis infra mensem à colligante factæ.

Contrarium defendit Mandos. in præsentia. 2. Azor. 2. p. instit. moral. lib. 7. c. 3. l. 9. 7. in fine, et videtur probabilius, eo quod causa annullandi subrogaciones infra mensem factas alteria colligantibus videtur esse, vt locus detat colligantibus petendi subrogationem, illamque impetrandi: que ratio temper perficit, siue petatur, siue non. Adde regulam illam (si rectè expendantur,) annullare quilibet impetraciones aliorum infra mensem ante concessionem factam colliganti, ante concessionem inquam factam colliganti; siue facta sit infra mensem, siue post mensem: hoc enim ibi non declarat.

3. Ut autem hæc subrogatio locum habeat, triplex conditio in suprascripta regula exprimitur. Prima, dummodo is qui subrogationem petit, in dicto beneficio in ius non fuerit. Non enim metetur beneficium consequi, neque ius ad illud habere, qui abque legitimo titulo illius possessionem accepit, vel fructus recepit. Azor. dicta 2. part. instit. moral. lib. 7. cap. 32. l. 6. vers. primo queritur. Secunda dummodo contra possidentem pacificè per triennium non mouerit licet. An autem sufficiat ad hunc effectum possessio triennialis de facto, etiam absque colorato titulo non constat. Aliquibus placet non sufficere; quia hæc possessio, vt pote mala fide habita, & sine titulo, ius non concedit possidendi: Ergo licet intentata aduersus illam iustissima est, non igitur obitare potest subrogationi. Contrarium verius videtur